



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homo Christianus In Sua Lege Institutus. Sive Discursus Morales**

Qvibus Totvm Hominis Christiani Officivm Explicatvr; Quidque is fugere,  
quid agere debeat, quàm exactiſimè traditur

**Segneri, Paolo**

**Augustæ Vindelicorum ; Dilingæ, 1695**

Discursus XI. De Præcepto sanctificandi dies Deo sacros.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45964](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45964)

XXIII. Tandem Christus, postquam in cœlum suspexit, atque ingemuit, infelicis etiam illius muti linguam beneficâ manu tetigit. Agite, ut & vobis hic favor obtingat. Agite, ut vestram etiam linguam crebro tangeret Christus, sæpe divinum ad Epulum accumbendo, eo vobis sine singulariter proposito, ut hoc medio curētis malum longè gravissimum, linguæ inquam abulum tam noxium: & ipso dicitis usu, quanta vi polleat Caro illa innocentissima agni, labis omnis expertis, ad persanandam linguam lubricam, sic ut deinceps de vobis quoque verè dici possit: *Et loquebatur rectè.* Qui antea nec quatuor quidem verba proferre nōrat, quin ipso se Dæmone deteriorem demonstraret (nam et si hic vicibus innumeris ad homines fallendos mentitus sit, jurejurando tamen mendacia hæc sua affirmasse nescitur) qui inquam linguâ erat tam effreni, ut vel Luciferum sacrilegâ linguæ libertate vinceret, hunc mutatum in me-

lius audire erit non nisi ea loquentem, quæ Christianum decent, nec aliis utentem res affirmandi formulis, quàm quas à Christo docti sumus: *est est, non non.* Jamque illud habere persuasissimum, quod quidquid *his abundantius est, a malo est:* a malo inquam aut vitii proprii irreverentiæ in Deum, aut ab alieno, tarditatis in credendo. O quam rectè, quisquis talis est, linguâ suâ utitur! servit hæc ipsi non ad aliud, quàm ad id, ad quod sui vitis illustribus & Vasallis nobilibus enses, ad propugnandum inquam Domini & Principis sui honorem; non verò ad illam imminuendum. Ille idem Deus & Servator, cuius operâ nostrorum, normam esse decet & regulam, ille, inquam, ipse eadem in vobis etiam nunc denuo operetur prodigia, ut nemo non vestrum dignus evadat beatitatis illius verè magnæ, quanta est, non peccare linguâ. *Beatus vtr, qui non est lapsus verbo ex ore suo.*



DISCURSUS XI.

*De Præcepto sanctificandi dies Deo sacros.*

1. **S**uperbus ille damnatorum spirituum Coryphaeus, qui inde à principio conatus est Altissimo Deo similis evadere, ipso subinde illo nisu suo ambitioso, geminando impetum, quo præceptis in orbem actus est, jam non id agit tantum, ut similis Deo habeatur, ut olim, sed ut illo maior ac superior. Quare cum Deus, tanquam debitum tot nominibus tributum à mort-

mortalibus exigat certorum dierum  
ferias, in id nefarius ille incumbit, ut  
tollat Deo penitus honoris & obser-  
vantia debitum tributum, sibi que ar-  
roget: hinc conjuratis in divini ho-  
noris extirpationem sociis istud pro-  
mulgat imperium: *Quiescere facia-  
mus omnes aëtes festos Dei a terra.* Id  
agamus Socii, ut feriati dies non jam  
Deo, sed nobis sacri sint. Atque uti-  
nam verè dici possit, frustra illorum  
conatus esse! Sed si dicere volumus  
quod res est, fateri oportebit, nimio  
quanto plus ista hodie re ipsa inter  
Christi asecelas fieri, quibus feriati  
porro non sunt, quia sacri non sunt.  
De hac funestâ rerum perturbatone  
hodie disserere constitui, id unicè de-  
siderans, ut tandem vos inducam, ad  
datam tam per fide Dæmoni fidem, san-  
ctâ perfidia violandam, & debita die-  
bus sacris Deo obsequia præstanda.

II.

Ut nullus est locus, qui Deo ob-  
eius inmensitate non debeatur, sic mo-  
mentum est nullum, quod non æterni-  
tatis titulo eidem sit debitum: quare si  
ad palam ostendendū cunctis hoc lo-  
corū dominium certa sibi quædâ ser-  
vavit, uni ipsius honori destinata, &  
templa in iis erigi voluit; par utique  
erat, ut eodem modo ad temporum  
omnium dominium demonstrandum  
certa quadam servaret sibi, diésque  
nonnullos uni suo cultui & venerati-  
oni sacros esse veller. Hoc funda-  
mento nititur, quod tertio loco in  
Mosaicis illis tabulis imperatur, ut  
sanctificemus dies à Deo designatos.  
Præceptum enim vero æquissimum,  
*R. P. Segneri Christi. Instr. Tom. III.*

omni reverentiâ, omni obedientiâ di-  
gnum, geminâ simul præstantissimâ  
Naturali & Ecclesiasticâ lege incul-  
catum.

III. Naturalis lex imperat, ut cum  
operibus nostris singulis, quæ quidem  
maioris momenti sunt, certi destinati  
sint dies, Religionis etiam negotia  
suos sibi vindicarent, quibus Ani-  
mus religiosius quàm aliis Deum co-  
leret, & rem ipse suam studiosius ac  
solertiùs ageret.

IV. Hos dies, quos Natura cer-  
tos non designârat, Ecclesia subinde  
suo imperio designavit; Et horum  
imprimis numero vult esse omnes  
Dominicos, eâ causâ, quia Dominicâ  
initium Mundo condendo factum est;  
dein, quia hanc ipsam diem natalem  
Redemptor noster in terris habuit,  
hac è tumulto redivivus prodiit, hanc  
Spiritum Sanctum, quem pollicitus  
erat, misit. His deinde, varios  
alios Ecclesia anni spatio adjungit,  
id inde est, quòd desideret, & cre-  
briùs, & ardentius Fideles sua Maje-  
stati illi in finitâ obsequia, cuiusque  
peculiarem impendere.

V. Ut autem ad usum & exercita-  
tionem ipsam præcepti quod expli-  
care constitui, propiùs accedam:  
dico, idem esse sanctificare dies fe-  
riatos, ac illos habere ut sanctos, quod  
duobus potissimum modis fit: prior  
est, diem exigere in Deo religiosè co-  
lendo, qui hujus præcepti finis est,  
*Sabbatum est requies Sancta Domino; Exod.*  
alter est, remove re operum ser-  
viliū obices, quod est medium ipso  
etiam præcepto imperatum; *Non facies*

omne opus in eo. Ad hoc autem quod spectat, tres servilium operum species ad finem nobis propositum distinguere possumus. Alia enim sunt merè servilia, alia sunt quasi servilia; iterum alia plusquam servilia. Opera merè servilia sunt, quæ, ob laborem iis perficiendis adiunctum, non Nobilium, sed abiectæ conditionis hominum propria sunt, qui labore sibi procurant unde vivant. Huius generis sunt, terram colere, artes omnes mechanicas & non liberales exercitare. Quasi servilia sunt, quæ etsi corporis laborem magnum non requirant, verita ramen sunt propterea, quod animum magnopere à divino cultu distrahant: eiusce generis sunt permutare, emere, vendere res non necessarias; lites forenses, vel criminales agitare, & quæ sunt alia eiusdem sortis. Et verò, si Ecclesia sacris illis diebus negotia eiusmodi non prohiberet, vulgus Christianorum tam alè se iis immergeret, ut negotiorum Anima suæ penitus oblivisceretur: multique hoc è numero eà aviditate lucris inhiarent, quâ præda suæ accipitres; quidam præda una adhuc hæret in unguibus, alteri imminet, quæ libera etiamnum per aëra volitat, nec unquam à venatione nõrunt desistere. Sic mortalium non pauci, impulsu cupiditate caducorum bonorum cumulantur, nunquam iis à studiis, iis ab artibus desisterent, quibus lucra sua, velut venatione longè gratissimâ, consecrantur. Opera tandem plusquam servilia dici possunt omnia & singula peccata, de quibus illud habemus di-

vinum Oraculum: *Qui facit peccatum, servus est peccati.* Nec enim aliud cogitari potest servitutis genus magis abiectum, aut magis miserum, quam sit servitus peccati; quæ subditur indomitæ animi nostri perturbationibus, & ipsi aded malo Dæmoni, qui has excirat.

## II.

VI. Quæ si ita sunt, huc jam advertite animum, an dies Deo & Calibus inter nos festi, vere adhuc festi sint. Nam si de iis loquamur operibus, quæ vel merè servilia, vel quasi servilia sunt, tantus Christianorum est numerus, qui iis, diebus etiam, maximè solemnibus, occupantur, ut illis cæli decreto legis huius gratia communis facta esse videatur, ipsique penitus eius nexu soluti. Negotia omnia in sacros Deo dies differuntur, hisque ipsis lucri & commodorum studium vires suas in duplum excipere, & ad oppugnandam pietatem artes omnes deprimere videntur: tam multa passim in publico geruntur negotia, mercimonia exercentur & multitudinæ, operum eduntur specimina, rectiones ineuntur, curritur à multis & discurretur, & dummodo terra atro, aut sarculo non profcindatur, omne aliud laborum genus dies sacro nequaquam profanare existimatur, unde prono semper in terram vultu & oculis, nunquam de Deo infelices cogitant, & vivere non possunt, nisi variis curis & occupationibus distracti sint, turbini non dissimiles, cui idem est cadere, & non gyrari. Eane tantum causâ, A. A. Dilectissimi,

estis, ut laboribus vos atteratis? an  
idecirco animâ donati estis immortali,  
ut corpori serviatis pleno sordibus &  
putredine, utque lucra & commoda  
Deus vester sint? An ignoratis,  
mortali hac in vitâ, si suis res momen-  
tis aestimetur, non esse negotium, nisi  
unicum? *Rogamus vos, fratres, ut  
quieti sitis, Apostoli verba sunt, & ve-  
strum negotium agatis: negotium in-  
quam salutis aeternæ. Vestrum nego-  
tium.* Alia negotia, de quibus cogi-  
tatis tam diligenter & anxie, qua cu-  
ratis tam sollicitè, promovetis tantis  
conatibus & laboribus, non absque  
valerudinis detrimento, ne quidem  
negotia appellari merentur. Nugæ  
sunt, ludi, & si dicere volumus quod  
res est, crepundia puerorum sunt. Nego-  
tium homine dignum, non est nisi  
unicum; atque hoc est, quod vobis  
inculco: *Rogamus ut vestrum nego-  
tium agatis.* Salutem vestram aeternam  
in tuto collocare. Hoc feliciter ge-  
sto, rectè gesta sunt omnia, quia  
ultimus finis obtentus est: hoc amisso,  
quid emolumenti ex omnibus, qua  
facere videamini, hinc consequemini?  
*Quid prodest homini, si Mundum  
universum lucretur,* sic Servator noster  
ipse clamat, *Anima vero sua detri-  
mentum patiatur?* Nec tamen de toto  
Mundo lucrando agitur: de paucis  
nummulis tota est contentio, & ho-  
rum causâ non viscerum tantum no-  
strorum, sed Animæ adeo ipsius par-  
tem optimam impendimus ac conlu-  
mimus, araneis miseriore, quæ ad  
telas suas pertexendas non aliud deni-  
que quam sordidas ventris sui reli-  
quias infumunt.

VII. Observate proin rem planè  
insolentem! si Deus imperaret labo-  
rem, Mundus verò quietem, par esset  
ad explenda Dei iussa, repudiata qui-  
te, amplecti laborem. Nunc cum alia  
fiant omnia, malunt passim mortales  
obtemperare. Domino tam barbaro,  
qualis est Mundus, quam obedire Do-  
mino tam suorum amanti & studioso,  
qualis est Deus, cui unice charum est,  
videre eos non mancipiorum instar,  
sed liberorum operantes. *Ite ad o-  
nera vestra,* sub ipsum illud tempus  
Pharao Judæis imperabat, quo à Deo  
jubebantur exire in desertum ad sacri-  
ficandum. Nec aliud Mundus, à  
malo Damone, sacrorum dierum ho-  
ste jurato, impulsus præcipit. Quid  
tot feriis opus est, tot à labore vaca-  
tionibus? qui esurire non vult, in-  
dustria suâ utatur: *Ite ad onera ve-  
stra.* Ite diebus eiusmodi in Molen-  
dinum, in sylvas, ad officinam, ad  
oneranda vestra jumenta, ut parcatis  
tempori, & ad alias aliis diebus occu-  
pationes horâ supersint. *Ite ad onera  
vestra.* Atque ita Mundus, etsi tam  
durus & imperiosus, ut sibi subditos  
sub onerum mole cogat fatiscere, au-  
ditur tamen promptius, quam Deus,  
cui debitus cultus negatur, ut audere  
liceat nundinas, locis etiam valde re-  
motis institutas, ad domos annonari-  
as, ad gregum caulas & stabula; aut  
quia à laboribus quamlibet abiectis &  
yilibus manus aliqui abstinere nec vo-  
lunt, nec possunt.

VIII. Videor autem mihi audire  
non neminem hæc secum mussantem:  
Ad me quidem monita ista non perti-  
nent.

Exod.  
20.

neant: ego etiam diebus operariis non laboro, tantum abest ut feriatis. Et credo rem ita se habere: interim illud etiam perpendas, qui talis est, an non cum otiosus ipse est, vel sinat, vel etiam jubeat, ut domestici eius loco laboribus atterantur. Id si fiat, an satis iste se purgat? sic praecepit Deus: *Non facies omne opus in Sabbato, tu, & filius tuus, & filia tua, servus tuus, & ancilla tua, & jumentum idum.* An non lex ista ad omnem familiam, quin ad ipsa etiam jumenta pertinet? quid ad hæc reponit, qui se tam bellè excusabat? Est enim verò res ipsissima, quod Paterfamilias dies festos totos otiosus per forum inambulet; quin & nonnunquam in cauponis perpotando, aut in conventiculis ludendo absumat. Quid ad rem istud facit, si interim uxor, si filia acum ad ædium fores tractant? si filius pro eo, quod adsit in templo de Deo verba facienti, doctrinæ Christianæ, aut alteri rei, divinæ operam det, jumenta sarcinis onusta comitatur; si servus pedem efferte stabulo non sinitur; si ancilla perinde occupatur, ac si non Ecclesiæ præcepto, sed arbitrio proprio sacra, aut non sacra dies illa foret? Hæc cum fiunt, Paterfamilias negabit, se laboribus distineri? quin plus ille, quam quicumque de eius familiâ laborat, non enim geminâ duntaxat manu, sed tam multis laborat, quam multos familiares habent, qui eius imperio toti sunt in laboribus. Quod quis per

*L. Ita autem ff. alium facit, per se ipsum facere videtur. de admittita ad damnandos tam frigidè se excuset Tit. sanctes Imperatorum leges statuunt. Hinc omnino scire vos volo, quòd per-*

inde ac lege divinâ quisque teneatur servili ab opere sacris diebus manus abstinere, ita qui familiis præsumt, id curare teneantur, ne domestici laboribus aut diuturnis, aut non necessariis occupentur: secus si fiat, lucrum quod sic laborando familia facit, illi absumit non erit, quod obtinet terra, quæ ad saxa secanda adhibita, parùm quidem lapidem, se autem plurimum atterit.

IX. Certum est eâ re Deum gravissimè irritari, palamque is testatur, vindictarum se severè illatam injuriâ. Audite, quid olim Jeremia ore pronuntiârit. *Si audieritis me, ut non inferatis onera per portas Civitatis huius in die Sabbati; ingredientur per portas huius Civitatis Reges, sedentes super solum c. 15. David, & habitabitur Civitas hæc in sempiternum. Si autem non audieritis me, succendam ignem in portis Ierusalem, & devorabit domos eius, & non extinguetur:* an verba hæc parùm seriè & graviter præcipientis ac minitantis sunt?

X. Neque sit, qui sibi persuadeat, Deum quidem olim eiusmodi peccata minitatum esse violantibus legem tam justum, earum tamen minarum hæc atate ampliùs non meminisse. Qui ita argumetur, Bellovacensis, authoris inclyti, libros evolvat, & inveniet. Paginam integrum, cum luce S. Jacobo festâ noluisse à laboribus feriari, proximè infecutâ flammis in cineres redactum esse, ita planè, sicut ingratae Solymæ Deus fuerat comminatus. Si autem dies sibi sacros violari tam non sinit esse impunitum, cum tota à qua peccat communitas, an singulis id patitur esse absque noxâ? Aliud expecta est mulier,

ac. Me- mulier, quæ dum feriato die interu-  
 ro. l. 2. lam suam refarcire parabat, totam re-  
 Annal. cænti sanguine imbutam viditid quod  
 m. 861. aliis etiam quibusdam accidit, qui om-  
 sur. in nes, quas luce Deo sacra mellerant  
 it. S. fe getes, sanguine etiam tinctas repe-  
 Kaneg. rere. Alteri feminæ pœnâ haud paulò  
 25. Aug. severiore brachia penitus obriguere :  
 S. Bona- nec defuit, quæ Dominicum diem ad  
 vent. in pinsendum panem expectare solita,  
 vit. S. brachia sibi igne cælitus delapso absu-  
 Franc. mi dolens viderit. Rusticorum aliquis  
 p. 8. cum die B. V. in cælum assumpta faci-  
 S. Greg. cã terram egereret & fornacem con-  
 Tur. l. 1. struendam, ipsa illa, quam effode-  
 nius in de glor. rat, in fossâ obtritus sepultusque est  
 Mart. ingentis saxi mole, quod repentè in  
 solum c. 15. eum operi suo incumbentem vi magnâ  
 in sem. Ann. impartum est. Molitoris, qui molare  
 Soc. les. a. lazum malleo tundeat, ut exaspera-  
 lem, 6. 2580. ret, manibus non solum mallei manu-  
 brium pertinaciter adhaeret, sed manus  
 & gra- ipsæ tam tetrum & putridum sangui-  
 sunt! nem stillare cœperunt, ut gravi odore  
 adeat. vehementer offenderet. Cum nonne-  
 Muii. mo fanum à se collectum festâ S.  
 Vdalrico die scænilis inferre cogitaret,  
 cumulum illum foris quidem intactum  
 illatumque, intus autem occulto igne  
 Baron. in favillas redactum aspexit. Bubul us  
 an. 993. etiam nonnemo, cum boves arat. o  
 n. 8. junxisset die feriato, cum bobus & ipse  
 suis, nullius noxæ reus, vindicibus con-  
 festim flammis in cineres redactus est.  
 Pauci hi è tam multis, qui in medium  
 afferri possent, sinistri eventus, id in  
 vobis efficiant, ut perspicue cogno-  
 scatis, quàm seriò id agat Deus, ut qui  
 suo honori ac cultui consecrati sunt  
 dies, impiè & irreligiôsè non profa-

nentur. Si autem observaveritis, eo  
 potissimum pœnæ genere Deum in  
 violatores hos animadvertere, quod  
 omnium atrocissimum existimatur,  
 igne inquam, mirum id vobis non vi-  
 deatur : hæc nimirum sacrilegis furi-  
 bus pœna debetur : horum autem è  
 numero utique sunt, qui debitum divi-  
 no cultui tempus sacrilegi suffurantur.  
 XI. Non nescio, vos hæc supplicia  
 vestris oculis non usurpare, atque id-  
 circo parùm illa vobis timoris incute-  
 re. Verùm an ambigere prudenter po-  
 testis, messium sterilium, tempestatum,  
 morborum, contagiosæ luis, sinistorum  
 casuum aliorum, causam sæpe non esse  
 aliam, quàm dies, cultui divino sacros,  
 profanatos? Bavari veteres huic deli-  
 cto graves omnino pœnas cõstituerat, *Spud.*  
 cum huic magna ex parte adscriberent *Greus. de*  
*Fest. l. 1.*  
*c. 13.*  
 non leves pœnas, quibus Deus morta-  
 lium genus crebro plectit; & verò tem-  
 ipsos haud dubiè tetigisse existimo. De-  
 inde, an vos lateat, tæpe Deum in nos  
 animadvertere virgâ illâ ac flagro sur-  
 do, quo sensim nobis divina & a sja-  
 tricis lux gratiæ auxilia subrahendo,  
 finit nos in ruinam præcipientes ferri?  
 Hæc est illa virga furoris, quam ipse  
 appellat, tanto metuenda magis, quan-  
 to minore strepitu in nos sævit: atque  
 hæc eos potissimum Deus punit, qui  
 rationem honoris eius vel nullam ha-  
 bent, vel exiguam. Quidsi proinde vos  
 quoque, nè lucello pauculorum numero-  
 rum excideretis, simili percussu virgâ  
 perderetis animam? Non vos lateat,  
 postremum, quo hinc migrare contin-  
 get, diem, Justis & ex Christianâ lege  
 viventibus maximè solennem esse, Talis  
 autem



autem profectò pro vobis non erit, si extremo illo die tuâ vos Deus gratiâ deituit: hæc autem vos deituen- dos, vero haud sanè oblimile est.

Quid enim? an speratis Servato- rem Iesum cum omnibus illis Beatis Calibus, quibus consecratos festos- que dies tam nullo religionis cultus- que studio transigistis, tunc pleno agmine festinatos, ut lucem vobis festam celebriorem reddant? Non est, quòd hos vobis favores pollice- amini. Damnetur ad non consequen- dam beatam quietem in Deo fruendo sitam, quæ in Celi patriâ nos manet, qui ejus figuram & adumbrationem hæc in vitâ nihili estimavit. Ejus au- tem quietis, si hæcenus id nescitis, imago est cessatio à laboribus, diebus Dei cultui destinatis.

XII. Utinam autem summum ma- lorum diebus feriatis essent opera ser- vorum propria! id haud paulo dete- rius est, quòd horum loco, sicubi o- mittuntur, alia succedant, quæ plus quàm servilia diximus; peccata in- quam, quæ vulgo audaciùs & mino- rum fronte admittuntur illis ipsis diebus, quibus Deum religiosiùs co- lere oporteret, quàm quibus in ser- vilia incumbere permillum est. Sicut dubium non est, quòd peccatum ho- minem à rebus divinis magis avocet, quàm avocent occupationes & labores corporis alii, nullâ lege veriti, ita, si

2. 2. 9. Angelico credimus, ambigendum non est, quin magis ille præceptum de die religiosè transigendo violet, qui pec- cat, quàm qui laborat: labor enim non rarò pietatis, charitatis, decentiæ,

aut etiam necessitatis titulo non ex- culari tantùm, sed & laudari mere- tur. At peccatum nunquam non pugnat cum tempore divino cultui, con- secrato, & quidem è diametro. Atque idcirco, etiam tertium hoc præceptum Decalogi non nisi illa peccata prohi- beat, quæ pugnant cum Religione, & cultu Deo feriatis diebus debito; in sensu nihilominus mystico, quem dicimus, rectè asseritur, quòd omne etiam aliud peccatorum genus veteri ut enim peccata omnia, cujuscunque demum sint generis, magis pugnant, quàm quodlibet servilium operum genus, cum illâ dierum feriatum Sanctitate, ita magis etiam, quàm quæcunque alia, vel maxime servilia opera, huiusce, de quo agimus, præ- cepti observationi adversantur. Atque hoc est, quòd Deus spectasse videtur apud Jeremiam, dum simul semelque & ad Animam nostram curâ singula- ri custodiendam, & quàm maxime ad non ferenda onera adhortatus est: *Custodite animas vestras, & nolite por- tare pondera in die sabbati.* Ponderum horum nomine plures Interpretum peccata intelligunt; & rectè, ni fallor; cum peccata sint onus tam graves, ut vel Angelicis imposta humeris in celo, momento eos depresserint in centrum Abyssis; & imposta humeris Servatoris nostri Iesu in horto Geth- semani, cum etiam peccatore esset tam ro- busto, inclinârunt tamen & incurvârunt, quin & prostraverint: *Procidit Moyses super terram.* Hæc tamen onera Chri- stianorum non pauci tam nihili esti- mant, ut nisi iis prægravati ne unum qui-

5. 7b.

2. 2. 9.

122. 11.

4. ad 1.

2. 2. 9.

122. 11.

4. ad 3.

quidem diem sibi vivere posse videntur; nec advertunt miseri, non diu post suo se pendere non opprimendos tantum: sed plane conterendos. Trabem ingentem undis iniicite; supernatabit, & silo duci se sinet, quacunq; libuerit, perinde ac si tenuis festuca foret; sed ad litrus illam tantisper pertrahite, & ubi tunc illam loco movere conati fueritis, tum enim vero expectemini, quanti illa sit ponderis. Haud aliter modò peccata nostra nullius ferè nobis ponderis esse videntur, quia etiamnum aquis, ut sic dicam, fluentis temporis innatant; at cum ad litrus aternitatis pertracta fuerint, prò quàm tum sentiemus onus, sic ut absq; spe eo oppressit ingemiscamus, nisi tempore Anima onus tam molestum excullerimus! Interim si hæc ferre onera pugnat cum Sanctitate dierum divino cultui dicarum, jure sanè merito pronuntiabimus, dies festos Christianorum jam festos non esse, dum tantus tamque non facilè numerabilis eorum est numerus; qui ejusmodi oneribus toto anni tempore pressi incedunt; quin, quod peius est, aliarum aliarumque identidem culparum mole illa exaggerant, iisdem omnino diebus, quibus illa vel maxime oporteret excutere. *Nolite portare pondera in die Sabbati.* Si quando suis è rumulis priorum ætatum Christiani attollerent capita, observaturi, quo ritu, quâ religione transigamus dicatos Deo dies, quid quæso, dicerent? illi, inquam, quibus solenne erat parare se ad dies sacros ritè transigendos multiplici pœnalium operum genere,

ipso autem dies tantà innocentia & puritate exigere? videntur vobis, agrè mihi assensuri affirmanti, Christianorum dies festos, festos porro non esse, & jam id apud multos eorum affectum Dæmonem, quod unice spectabat, ut dies hi penitus tollerentur? *Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terrâ.* Quomodo fieri potest, ut sacri ac solennes multis sint dies, quibus non solum non invenitur Deus, sed amittitur; non colitur, sed impugnatur, sed ab Animabus, peccatorum vi, eiicitur & expellitur? *Magis contra hoc præceptum agit, qui peccat in die festo, quàm qui aliud corporale opus licitum facit.* Quæ sunt ipsa Angelici Doctoris verba. loc. cit.

## III.

XIII. Atque hoc etiam multò fiet manifestius, si alterius, quod proposueram, puncti meminisse voluerimus; finis inquam, quem spectat Lex, in obice servilium operum removendo. *Ferari nostrum*, ut affirmat S. Gregorius Nazianzenus, *aliud non est, quàm anima aliquid eorum aggerere, quæ firma sunt.* Nimis quàm arctis limitibus humani animi facultates definiuntur, unde uno eodèmpore rebus duabus gravius momenti inrendere, easque efficere nequit: atq; hæc causà aliis ab occupationibus otium nobis diebus sacris indicimus, ut tanto perfectius, impensiusque totissimus in animi emolumentis, & Dei honorem procurandis. Hoc nimirum est, sanctificare dies festos: tempus illud divino honori consecrare. *Illæ, 2. 2. 9. 12. 2. 4. 4. quæ ad 4. enim dicuntur in Lege sanctificari, quæ ad 4. cul-*

*culini divino applicantur* ; teste Angelico. Crescunt nonnunquam cervo cornua tantâ mole & altitudine , ut non eâ , quâ res posteret , celeritate currere subinde valeat. Quid tûm ille agit ? Tamdiu ad saxum illa attricat , donec omnino excidant; atque ita molesto onere liber , celeritate summâ ad fontem , post pugnam cum serpentibus , qui invaserant , se proripit ; nec lentius venatorum & canum insequentium eludit conatus , si fugientem apertis in campis persequantur. Imaginem habemus eorum , quæ spectat Deus & Ecclesia , dum sacris diebus servilibus nobis operibus interdicitur : id scilicet agunt , ut occupationum hujus Mundi impedimentis & tricus liberi , tantò promptiùs expeditiùsque fugiamus hostes nostros stygios , & maiori celeritate festinemus ad fontem Gratiarum , ad quem nos Deus expectat. *Vacate , & videte , quoniam ego sum Deus.* Ideo à laboribus interquiescimus , ut meliùs cognoscamus Deum illique colendo , destinato nos animo addicamus. Id si propositum Deus non haberet , tantum abest , ut laborum justitium indiceret , ut potiùs ad defatigationem usque iis nos juberes impendere. Otium siquidem tot Sacrarum Literarum locis aliàs prohibetur , tanquam mille

*Pf. 45.*

*11.*

*malorum Doctòr ac Magister : Multam malitiam docuit otiositas.* Perinde ac si diceret. Ut mille discas mala ac peccata , factis est , ut agas nihil ; haud aliter ac argentum iplo non ulu. sitùque sordescit. Quietem Christianorum otiosam ac inertem esse non de-

*Eccli. 33.*

*29.*

cet: similem esse convenit quieti æcus , qui eâ causâ identidem remittitur , ut ad telum jaciendum aptior fortiorque reddatur. Igitur nec Deus id , nec Ecclesia spectant , ut corporis vires quiete reparentur , sed multò magis , ut otium istud , spatium vobis animi negotiis gerendis , indulgeat. Sic industrius hosti cultor Platani aut Pinus ramos terræ viciniore amputat , ut tanto rectiùs cælum versus caput attollat. An autem huic in finem quiete suâ Christiani utuntur ? imò verò , vel Sancto Augustino teste , *Otiū aversum ad nequitiam.* Unde minore illi pro malo toto die corpus laboribus attereret , quàm ut illi otium tanto Animi detrimento indulgerent. *Melius utique totâ die fodarent , quam tota die saltarent.* Sic Sacri & feriat dies non jam illos ad fines serviunt , ad quos divinâ lege destinati sunt ; sed ad eos , ad quos eos malus Dæmon pervertit.

XIV. Apollonius , Regis Antiochi Archistrategus , Solymam ut amicis ingressus , inque ea tranquille ad festam usque diem commoratus est , hac autem , cum animi causâ incola securi obambulant , eos repente armatâ militum suorum manu aggressus , per omnia discutrens compitastrage & cruore implevit universa. Hæc corporum laniena imago est alterius Animarum , quæ diebus divinis cultui destinatis , exercetur , dum malus Dæmon , post totam hebdomadam velut dormiendo exactam , rumpit catenas , & Christiani Orbis Provincias gravissimis flagitiis implet ; sic ut non

tantum diebus his minus ejusmodi  
sanctarum exercitationum peragatur,  
sed ut multo etiam plura mala perpe-  
trantur. Profus igitur hinc salutis  
nostræ juratum hostem longè Apol-  
lônio crudeliorem mihi imaginor,  
callidiorémque, qui expectet sacros  
Deo dies, quibus feroci assaultu,  
Christi assecras adoriatur, sui in illo  
otio securos, quod cum sanctum esse  
oporteret, planè ab ipsis profanatur.  
Videtur mihi aciem suam in tres nu-  
merosas turmas dividere; quarum  
primam, ut Jacobi Apostoli verbis  
utamur, appellare possumus *Terre-  
nam*, alteram *Animalem*, tertiam  
*Diabolicam*: quibuscum quaqua-  
versum discurret, & omni ex parte strage  
edat ac funera.

XV. Prima igitur turma Avaritia  
est, cujus, præter jam indicata prava  
studia, quibus turpis lucri causâ fer-  
vilibus ab operibus interquiescere  
non sinit, alia quoque perversa opera  
consideranda sunt, quibus actiones  
alia, quibus Deus diebus sacris col-  
endus esset, interturbat. Quam mul-  
ti illi sunt, qui, ut jumenta sarcinis  
suis onusta comitentur, aut aliis lu-  
cri occasionibus, quæ cæteroquin nec  
venita nec tam viles sunt, quam illa,  
de qua dicebam, inhient, sacrum non  
audiunt, aut certè periculo se expo-  
nunt, ne rei divina & Sacerdoti ad  
Aram facienti adesse possint, id quod  
jam sæpius sibi evenisse non ignorant?  
Cras, ait ille, feriatu dies est: ibi  
igitur, & pecuniam à debitore illo  
meo repetam, ibo, & villam illam  
meam aut horreû lustrabo, & tempori  
*R. P. Segneri Christ. Instr. Tom. I.*

ad sacrum audiendum revertar. A-  
lius, cum meis, inquit, jumentis  
onustis pergam, ut mihi per sacrum  
Magistratum licet, & in itinere sa-  
crum hac aut illâ in Ecclesiâ audiam;  
sub eam enim horam, quâ appellam,  
Sacerdos istic facere solet: & tamen  
subinde omnibus sic ad amissum com-  
mentis venit ad illud templum,  
cum peracta jam sacra sunt: tum au-  
tem promptum est malo remedium,  
si pro sacro tribunali obiter se accuset,  
& dicat: Pater, præter spem Sacer-  
doti sacrificanti adesse non potui. O  
insanos! si sciretis, quante opes uno  
in sacro lateant, volentes lubentés-  
que subiretis jacturam omnium, quæ  
vel in crumenâ, vel officinâ aut ta-  
bernâ possidetis, potius, quam ut  
vel unicum sacrum omitteretis. Sed  
hoc nimirum Avaritiæ proprium est:  
quàm oculata est & solers ad lucra  
torrena, tam cæca & stolidi est ad  
æterna & caelestia. Judas ad assem  
usque noverat æstimare unguentum  
à Magdalenâ Christi Servatoris pedi-  
bus superfusum, affirmando, facilè  
trecentos denarios ex eo divendito re-  
digi potuisse: cum autem subiade  
Deus ipse justo illi pretio æstimandus  
esset, tam à verâ defecit æstimatione,  
ut triginta illam argenteis venderet,  
minore etiam pretio contentus futu-  
rus: *Quid vultis mihi dare, & ego vo-  
bis eum iradam?* Idem non pauci, ha-  
bendi cupiditate impulsî, factitant:  
sunt judicandi perspicaciâ, ut justo  
pretio agros, pecora, frumentum, mer-  
ces alias taxare nôrint; in Animâ au-  
tem propriâ, calog; æstimandis longè  
U. aber-

Joan. 15.

Matth. 26. 15.

aberrant. Nec tamen hæc gravissima mala sunt, quæ Avaritia circa dies sacros perpetrat. Gravius est, quòd Christianorum è numero bene multi, et si Sacerdoti ad Aram facienti corpore adstent, animo tamen à sacro, quin & à Templo multorum milliarium spatio distent. Immergi gravissimis negotiorum suorum momentis cupere initium sacri cum fine coniungi: Omnis paulo longior, quam ad Aram Sacerdos trahat, mora, ipsis est molestissima, & cum ad Populum se ille obverterit, verba de divinis facturus, os contorquent, & non obscuris admirationis indignationisque signis zeli parùm prudentis ac moderati eum arguunt. Tandem si Templo pedem extulerint, caveut sedulo, ne unquam eo die revertantur; aliam enim eos vocant negotia: curis distinctur, in quibus plus longè in eos redundet emolumentum, quàm si Beatorum Cælitum cultui, aut salutis suæ negotio se impenderent. Sic dicatos Deo dies oppugnat avaritia, quæ anxietatibus curisque hoc illis infert damnum, quod vineæ nullius sepi præsidio circumdata illi, qui propè illam transeunt; cum hanc eò redigunt, ut nemini, præterquam Domino suo, sterilibus evadat. Sic pro solo Deo festis diebus horula superest nulla; aliis negotiis tempus abunde suppetit.

Magis tamen adhuc funesta est turba, quam *Animalem* diximas: nec enim altius illa se attollit, nec metam sibi præfigit nobiliorem, quàm ut sensus oblectet, homini cum bratis

communes. Juventus omnis idò vexillo deliciarum & voluptatum militat, & ad hoc minùs impeditos dies sacros expectat, ut commodius oblectamentis suis operam det: *Occidit luxuria pietas deputatur*, ut Tertullianus aiebat: nec enim tam petulenti ac salaces in prata equi emissarii & equæ festinant, quàm ac Templo se Juvenes ac Puellæ conferant. Juvenes Tribùs Beniaminiticæ sacrum ac festum expectarunt diem, quo miserum Siloitis insidijs tenderent, & suam quisque sibi Puellam raperet: *Eccæ solemnitas Dei est in Silo: & iuxta numerum suum raperunt sibi de his, quæ dabantur choros, uxores singulas.* Utinam Juvenibus nec ratibus sacri dies insidijs etiam nocentioribus idonei non viderentur, dum desiderijs, colloquijs, quin factis sæpe ipsis, sacri dies fœdissimis non rarò libidinis profanantur. Et tamen vel Legum Principum olim dies sacros, *Tempora Castitatis* nominarunt. Sed tam præclaram nomenclationem hodie dies sacri, plerùmque certè, porro non merentur, cum tam multi Christiani è Gente illos bello contra Castitatem movendo consecrant. Et ut de illo aliquid attingam, quod locum istum non dehortet; quando unquam vel diutius, vel liberius amatorijs artibus ac levitatibus indulgetur, quàm diebus factis? Hunc unum in finem destinati videri possent, dum aliquos non puderet ab his ordiri dietis, dum primo mane ad amasias accedunt, ut eas ad Templum comiterentur, utque aurorâ tam turbidâ diem auspi-

auspicentur, quæ aliud, quàm diem sublequentem tempestatibus fœdam, ominari non sinat.

XVII. De Choreis jam quid dicemus, quæ sunt ars mali Dæmonis bellissima, ad plures animas momenti temporis brevissimo in exitium impellendas? Affirmat Athenæus, Choreas principio inventas esse tanquam artis militaris rudimenta, ut disceret Juventus, quàm dexterrimè se recipere in procursionibus, quibus in orbem militum globi discunt. Quò autem sapientiùs, affirmasset, excogitatos à Dæmone choreos tanquam præludium belli alterius multo funestioris; ad erudiendos inquam Juvenes, quomodo, positâ verecundiâ, tam non recipere se debeant, ut potius invadant? Sed ne longius. Certè rectiùs censuit, qui pronuntiavit, Dæmonem Idolum quodpiam Egyptiorum, quod Apin dicunt, ingressum, variis illud modis morticando, nunc saltibus ordinariis, nunc celeri pedum in sublimi agitatione, nunc mutuo occursu, nunc in orbem rotatione, omnium primùm artem saltandi docuisse. Istud equidem certum est, nobis hinc ianotelcere, quid artibus his à se excogitatis spectet Internus, quæ non aliis magis, quàm diebus factis à Christianis exercentur; imò diebus maximè festivis, & vel glorioso alicui Christi Martyri, vel Innocentissimæ Virgini dedicatis, non ad illos colendos, sed novis tormentis discrucandos; ad Virginem non, honorandam, sed magis irri-

tandam. Verbo: hæc Festa sunt Inventum saltus & Amores.

XVIII. Sed quæ tandem ratione sacros dies viri exigent? hi nimirum prudentiores sunt, nec tempus his nugis insumunt; utiliùs, ut ipsi quidem putant, impendunt illud ludendo, perpotando, convivia celebrando. Non ita durus & asper ego sum, ut post totius hebdomadæ labores quietis aliquid & oblectamenti vobis non indulgeam. Satisne tamen honesta, oblectandi vos ratio videtur, diem totam ludendo prodigere inter blasphemias, jacturam faciendo omnis lucelli tanto sudore conquiriti, quo vivere deberet tota familia, & cum pecuniâ ipsam ad eam animam amittere? *Non veto, cum* Orat. 6. S. Gregorio Nazianzeno, *animi relaxationem, sed petulantiam coërceo.* An, vos honestam, animi relaxationem appellabitis illa conventicula Bibonum, quos S. Ioannes Chrylostomus, non Christianæ tantum Religio- nis, sed *humani generi opprobria ap-* Hom. 1. *pellavit?* Nam & sordidissima be- ad Pop. stia bibunt quidem, sed bibunt, quia sitiunt, cum isti bibant, ut sitiunt? Animo proin vobiscum reputate, quàm egregia Deum colendi luce sacrâ sit ratio spongiz instar, vino se penitus penitusque imbuere, nec alium Deum, quàm suum ventrem adorare? *Idne est, l. 8. in* ð *Christiani, celebrare diem festum, Ioan. c. 5.* *indulgere ventri, & in concessis voluptatibus habenas laxare?* Attonitus exclamat S. Cyrillus: mox subdit, *Diebus ad exercenda opera servilia*

concessis, unusquisque suo intentus est operi, & abstinet à crapulâ, ludis & vanitatibus: Diebus autem festis passim concurritur ad rauponas, & ludos, ad spectacula & choreas in irrisionem divini Nominis, & diei pravationem. Visum mihi est totum hunc S. Doctoris locum, etsi bene longum, afferre: nam etsi de suis ipse temporibus loquitur, nostra tamen ad amissim videtur describere.

XIX. Ultima tandem Turma, quam contra dies Deo sacros malus Dæmon in aciem educit, mihi vel nominare paranti horrorem incutit: nam ab ipso suo Ductore, qui primos ordines præit, *Diabolica* appellatur. Est autem hæc superbia, quæ nunquam triumphat splendidius, quam diebus summâ Religione sacris.

*Ps. 73. 4. Gloriantur in medio solennitatis tue.*  
Sic ut jam dies Deo colendo consecrati, superbiæ & fastui consecrati videantur. Non nescio, ad ipsos dies sacros rectius honorandos pertinere, solito mundiùs & elegantius vestiri. Solenne id erat Heroi illi inclito Thoræ Moro, qui vel in carceris lquallore ac tenebris splendidius se diebus feriatis reiciebat: rogatusque cur id faceret, cum tamen videretur à nemine? Non alluevi, respondebat, elegantius vestiri diebus sacris, ut ego, sed ut Deus amplius honoretur. Quomodo tamen non repugnabit cultui Deo debito, tantum temporis exornando capiti dare, nullâ animi curâ; & exornare illud non alio fine, quam ut aliorum

in oculos sic exulta incurrat, nec ob aliud ædem sacram accedere, quam sui spectaculo, eò concurrere solitos, vanè oblectet? Hoc aliud non est, quam corporis indumenta mutare in retia Animorum, & tempus Deo dicatum in venationem Inferni, sicut si olim plangebant via Hierusalem, quia non erat, qui ad dies festos confluere: *Via Sion lugent, eò quod non sint, qui veniant ad solennitatem;* nunc è diverso plangere oportet ædes sacras, quòd tam multæ ad eas confluant femina, quæ & suâ, & aliorum causâ rectius facerent, si domi abditè literent, cum eo veniant peregrini imbutæ odoribus, ad pompam & festum exulta, splendidiusque ornata, quàm sit ipsa illa, ad quam ventitant, ædes sacra. *Circumornata est similitudo templi:* ut Vates Regi, loquitur, Veniunt, ut mali Dæmonis se delubrum faciant, qui eum prostrata hodie Idola cernat, in animatis his Templis aliud Elegantia, aut Vanitatis Idolum constituit, cui deinde Animas suas immolare Christianos non pudet. Magnis interim vocibus sacri Mystæ in Templis ingeminant, *Gloria in Excelsis Deo:* vespertina autem Psalmodia tempore iterum iterumque repetunt: *Gloria Patri, gloria Filio, gloria Spiritui Sancto;* cum eodem plane momento, plena vanissima jactantia femina, mediam se Deum inter & Populum statuat, sibi que, quæ uni Deo debetur, gloriam vindicare labores, sibi usurpet reverentia illas capitis inclinationes, illas rictus

*Beir-  
lueck in  
Apoph.*

tius corporis curvationes, & tantum non illud sibi thus immolari curer, quod Deo, Mundi supremo Monarchæ, erat destinatum. Sed vix his Idolis, vix his Idolatris? vix illis feminis, quæ sacras ad ædes veniunt, ut spectentur; & vix illis Juvenibus, qui veniunt ut spectent! Et cur vix? ideo, quia à Deo maledicti sunt.

*Sup. 14. 8. Maledictum Idolum, & qui fecit illud.* Maledictus non solum, qui adorando hæc Idola, facit ut sint Idola, sed maledictum etiam Idolum, quod adorari se sinit; rationem dat Sacer textus: *Quia enim esset fragile, Deus eegominatus est.* An nescit tandem femina, quid ipsa sit? novit utique, aliud se non esse, quam parum luti conspersi nive: quomodo igitur non permittit tantum, ut Dea habeatur, sed obtutibus, gestibus, vestium genere, quod conditionem longè superet, solerter id agit, ut debitus supremæ Majestati honor, diebus illi sacris, sibi impendatur? Maledictum igitur Idolum istud, & maledictus, qui sacro tempore abutitur ad illud adorandum.

XX. Et verò tolerabilis esset Arrogantia femina, si non aliud hic, quam Vanitas aliqua reprehendi mereretur: sed vanitatem comitatur nuditas, quæ mulier sit telum, Dæmonis manu strictum, nudatumque. Diebus operi destinatis domi se suæ continet, & est ensis suæ vaginæ tectus: sed die sacro, dum prodit

in publicum, nudis brachiis, nudis humeris ac pectore; nec nudis tantum, sed ad nitorem excultis, ensis instar est nudi, imò exacuti, & ad feriendum omni ex latere aptissimi, sic ut aspectantium animos profundius vulnerare possit. Dicent quidem illæ, propositum sibi haudquaquam esse tam luculentam stragem edere, sed tantum aspici: quomodo autem coherent ista, si ipsum aspici idem planè est ac stragem hanc edere? Nolim quidem ego hic definire, quam noxam, quamque gravem contrahant femina, tam propuciosè se vestiendo, itaque occasionem præbendo tot peccatis, quæ feriatis diebus è Juvenibus sæpe admodum cogitatione ac desiderio, non rarè etiam opere ipso admittuntur; neque enim satis mihi perspectum est, quantum placeat Deo huic in publicum noxiæ infantiæ indulgere. Illud tantum dicam, eum, qui stante vehementiore vento stuppas suas accenderit, si flamma vicinas segetes corripuerit, Legum sententiâ insontem non haberi. *Si die ventoso id fecit, culpa reuserit: provideri enim tam præcens discrimen potuit, atque ita etiam evitari.* Quomodo igitur in re nostrâ mulier vanitatis amans & studiosa, excusari meretur, & quomodo insons haberi? Si tranquilla circa nos essent omnia, si tempestas nulla, ventus vehementior nullus, ut erant res Innocentiâ nondum deperditâ, parùm sane incommodi offerre, nudos

nudos ostentare humeros, brachia non tecta, sinum apertum: periculi esset nihil, ne tum concupiscentiæ ignis exardesceret in eâ tranquillitate: sed quia iratam vivimus, in qua perturbationes animi & propensiones prava, ruptis habenis, ventorum instar furentium tumultuantur omni ex latere, quæ unquam satis sibi tuta videbitur, quod nulla ipsi reddenda sit ratio ob sparsum in tam multos incendium genere isto vestiendi tam efficiaci ad proritandum? *Qui occasione*

*L. pradi*  
*8a.* *danni prastat, damnum fecisse videtur.*

XXI. Revertamur ad id, quod principio proposueram: si hæc est ratio transigendi dies sacros multorum omnino Christianorum, an non rectè pronuntio, dies sacros iam sacros non esse? hoc non est dies hos religiosè

*Chry. ser. colere, sed parùm piè profanare. Non*  
*3. de Re. est hoc festivitatem Dei colere, sed iniqui*  
*surrect. nare. Merito dies hos Deus vocat Festa*  
*non sua, sed nostra, magis que illos*

*Amos* alios abominatur, *Odi, & projeci*  
*21. 27. festivitates vestras, & non capiam odo*  
*rem catuum vestrorum. Nec enim Deo*  
facti dies sunt, qui serviunt tantum ad eum offendendum, non honorandum, nec materiam sibi in iis complacendi, sed eos execrandi & abominandi offerunt. Sic autem quam tandem salutis consequendæ spem concipere poterunt, qui sic dies istos profanant, qui ex tam multis Deo destinati & servati sunt? Eger ille, qui detertius habere incipit, dies quo remittere vis morbi deberet, vitæ spem habet nullam, aut vix ullam. Quare necesse est secum

statuere, sanctiùs posthac feriatis dies transigere. *Qui quiescit, quiescat,* inquit Ezechiel: *Qui diem feriatum agit, agat eum verè, & ab omnibus se abstineat, quæcumque cum die sacro non stant, ut sunt opera servilia & laboriosa; ea aurem exequatur, quæ ad dies sacros referuntur, det inquam tempus Deo, non otio, non ventri, non licentiæ, non libidini, non ludis noxiis, non aliis vitiis quibuscumque.*

XXII. Feriati hi dies, sicut cessatione ab opere sunt figura & imago, sic illo obsequiorum genere, quæ Deo ut debentur, ita illi his maximè diebus exhibeatur, non figura tantum, sed principium ac præludium sunt dici illius sacratissime, quam in cælo non nulla consequetur: *Quando erit Sabbathum ex Sabbatho,* ut Ilias loquitur, à die nimirum sacro brevi, per intervalla redeunte, & imperfecto, qualis est, quem hic agimus, transibitur ad solennitatem beatissimam. Sic igitur aliquo modo transigendi sunt dies feriatum in terris, sicut à Beatis Cælestibus transiguntur in Patriâ. Verum quidem est, Ecclesiæ præcepto nos ad plus non teneri, quam ut Sacerdoti ad aram facienti adsumus. Sed si ea est Matris Ecclesiæ in filios suos benignitas, ut tam parum eos oneratos cupiat, par tamen non est, ipsos hinc pigritiæ & inertia occasionem sumere, sed potius, animos sibi addere, ut tanto plura non imperata religionis opera diebus sacris obeant ac peragant. id secum reputantes, actiones ipsas, balsami instar, quod sponte manat,

Act. 2.  
41.

Eccli. 25.  
vid. Co.  
à Lap.  
ibi.

V. Tri.  
dent. S.  
24. c.  
de Re.  
form.

has multo fore Deo gratiores, quam si præcipui vi essent extorta. Quam igitur normam dabo vobis, juxta quam proportione quisque suâ, suæ conditioni respondente, festos dies exigat non aliam planè, quam illam, juxta quam primæ ætatis Christiani dies omnes ac singulos exigebant; adeo nos illi divini obsequii studio & ardore superabant. *Erant perseverantes in doctrinâ Apostolorum, & Communicatione fractionis panis, & Orationis.*

XXIII. Observant igitur primo loco Sacræ Literæ, Christianos illos constanter in audiendâ Apostolorum doctrinâ perseverasse: *erant perseverantes in Doctrinâ Apostolorum*, id quod vobis quoque faciendum incumbit diebus feriatis; nec enim aliud tempus sacræ huic exercitationi opportunius. *Sapientiam scribe in tempore vacuitatis; quæ sunt Ecclesiastici verba.* Cujus rei ea est ratio; quòd cum animus nôiter, quæ est facultatum suarum imbecillitate, pluribus simul rebus intendere non possit; tempus præ quovis alio opportunum ad altè inferendum animo divinam Sapientiam illud erit, quo facessere iustis caducarum rerum curis omnibus, quæ tantopere mentem implicant, melioribus tantum animus addicitur; *in tempore vacuitatis.* Cunctis omnino Christianis incumbit obligatio feriatis diebus audiendi divini verbi: illis tamen, qui rerum divinarum, & Mysteriorum ac Dogmatum Religionis nostræ, etiam scitu necessariorum, rudes sunt, major incumbit; & fieri

no nunquam potest, ut maioris subnox. restu Concionem, aut Christianam doctrinam audire, quam Sacro Missæ sacrificio adesse teneantur. *Nec Bonac. dispar mihi eorum videtur conditio, l. 5. in 3. qui vitiiis quibusdam pessimè allucti, præc. p. 2. obducto jam in his callo, absque gravi salutis suæ discrimine & contemptu. nor possunt hoc tam præstans seria emendationis medium negligere. Et hi tamen ipsi sunt, qui nunquam in Concione comparent, sed proripiunt se, & fugâ subducunt, oderuntque illa potissimum Templâ, in quibus ad Populum verba fiunt; crederes, eos sibi timere, ne ad bonam frugem convertantur, haud aliter ac serpens incantatorem fugit: & interim miseris in mentem non venit, hanc divini verbi audiendi nauseam & horrorem argumentum esse minimè fallax hominis Reprôbi, juxta illud Servatoris nostri; *Propterea vos non auditis, lo. 8. 48. quia ex Deo non estis.* Absit procul hoc à vobis, Dilectissimi; vobis persuasissimum esse debet, dies feriatos, dies esse audiendis prælectionibus sublimis illius scientiæ, quam melius assèqui non datur, quam dum à negotiis & curis rerum caducarum otium conceditur: *Qui minoratur actû, Sapientiam percipiet.**

XXIV. Altera primæ ætatis Christianorum occupatio erat creber Divinorum Mysteriorum usus: *erant perseverantes in Communicatione fractionis panis.* Hæc etiam, præquam ulla alia, sacrosancta est exercitatio, ob quam laborum justitium indicitur. Si nostræ ætatis Christiani nôssent, ideo

Act. 2.  
+1.

Eccli. 38.  
25.

vid. Cor.  
à Lap.  
ibi.

V. Tri.  
dent. Sess.  
24. c. 4.  
de Re-  
form.

Eccli. 38.  
25.

ideo quieti à laboribus dies aliquos destinatos esse; Paschales Férias, quibus ad Divinissimum Epulum accederent, non expectarent. Non desunt, qui ad negligentiam suam excusandam id afferunt, ex quo magis eorum palam sit ignavia; dicunt enim, ideo se crebriore Divini Panis usu abstinere, ne inter alios digitis monstrarentur. O qui sciret vestro è numero, quale quantumque donum sit, quod in Divino Eucharistiæ Mysterio à Deo offertur! *Si sciret donum Dei, nullo nunquam porro stultas has in voces prorumperet: Rarius divino Pane vescor, ne me alii digito monstrarent.* Quæ hæc, per Deum? loquendi ratio? Sicubi ursus in favum mellis incidit, tantæ aviditate in illum fertur, ut tota apum agmina, aculeis in illum suis armata, facere non possint, ut inventâ duce dinedine non fruatur. Quare illud certum habete; si linguæ eorum, qui mortales, præ cæteris religiosiores, jocos & diceriis suis tradunt, non linguæ essent, sed gladii, vos non formidaturos eorum vulnera, ubi simul gustu percipere liceret suavitatem cibi Eucharistici, & fructum inexplicabilem, quem colligat Anima, ex cibo hoc crebrius usurpare. *Comede fili, mel, quoniam bonum est.* Ne, quæso, ne omittatis tam nullâ aut levi de causâ pacere vos melle, parato à Patre æterno, quem ad id ingens ille suus in nos amor impulit; licet enim par esset vos omni contentione Panem hinc petere, ipse tamen vos prior invitat; quin rogat, ut acceptare ab ipso Pa-

Prov.  
24.13.

nem justum non pigeat: *Comede, Fili, mel, quoniam bonum est.* Ratio proinde postularer, ut singulis saltem mensibus divinam hanc ad Mensam accumberetis (hic enim inter præcipuos dies festos agendi ritus est, Conviviis illos solenniores reddere) sæpius verò animam noxarum apud Sacerdotem confessione expiaretis.

XXV. Per hæc Veteres non aliâ magis re præcipuos dies solennes reddebant, quam sedulâ serpentum, aliorumque pestilentium & publicè noxiorum Animalium venatione. O si Christiani quoque feriatis diebus cuncti in talem venationem, duce Fide, proficiscerentur! Quot in animo noxas habent, tot illa venatissimos serpentes in eorum quolibet deteperet, & armis insuper veræ Contritionis, Confessionisque eos instrueret, ad Monstra hæc tam perniciosissima occidenda, & extirpanda. Certum est, non defuisse Doctores, qui existimarent, ipsum Præceptum sanctificandi dies feriatos obligare eum, qui opus habere deprehensus fuerit, ad actus ejusmodi Contritionis Confessionisque producendos. Ego tamen medium hoc non proponam vobis tanquam rem severo præcepto imperatam, sed consultam ut utilem, præquam sit ulla alia, ad Animæ salutem consequendam, certos vos faciendo, quod si hoc meum consilium sequi non detrectaveritis, non difficilis futura sit illa vitæ morumque emendatio, quæ absque illo sperari vix, si tamen ullo modo potest. Cùm recens est gluten & humidum, non magne

conna-

conatu opus est, ut quæ illo conjuncta sunt ligna, denuo separentur: at cum morâ longiore induruerit, ligna antè jam coherentia franges citius, quàm separe. Haud aliter si semel quot mensibus, aut etiam crebrius, Sacerdoti quis peccata sua aperiret, non admodum difficile foret animum avellere à commerciis periculosis, à scædæ libidinis amore, ab habendi per fas nefasque cupiditate, à propensione ad inanem gloriam: nec enim vitia adhuc tenacius adhæsisent; At ubi quis expectaverit menses integros, aut annum; tam contumaciter adhærebunt, ut illa frangere possit, non evellere; tantâ, inquam, cum difficultate vitam emendare, ut animi satis ad rem tam arduam non sit habiturus.

XXXVI. Denique non aliud Christiani illi Sancti agebant diutius, quàm ut orarent. *Erant perseverantes in Oratione*; eratque hoc negotium eius diei tam proprium, ut Constantinus Imperator diem Dominicum Orationis diem appellitaret. Et verò Oratio inter præcipuos religionis & proprios actus est, quâ homo magnum Deo honorem habet; orando enim se illi subiicit, fateturque se eo summè indigere, & cum omnis boni auctorem agnoscere. *Invocamus, & honorificamus me*; ait Sacer Vates, Interim ætatis nostra Christiani rem eo reducant, ut satis orasse sibi videantur, si Deipara Salutationes ad globulos inter mille animi evagationes & gestus irreverentes decurrerint; & tamen isti inter religiosiores habent.

R. P. Segneri *Christ. Instr. Tom. I.*

tur, si iis comparentur, qui ne lingua quidem Deum honorant. At hoc profectò nequaquam est dies feriatos sanctificare. Necesse est, dum Coronam Salutationum Deiparæ teximus, miseras nostras & inopiam eâ demissione proponere, quæ pauperem; eâ verò fiducia, quæ filium, deceat. *In omni Oratione & obsecratione, petitiones vestra innotescant apud Deum*; & quia eodem loco addit Apostolus, *cum gratiarum actione*, mentem quoque applicare oportet ad reputanda secum Dei beneficia, & ad modum iis respondendi; cum hoc re ipsâ maximum sit obsequium, quod præstare Divinæ Majestati possumus, quodque ipse peculiari quadam ratione à nobis exposcat. *Cultus Dei*, sic docet Magnus Augustinus, *in hoc maxime constitutus est, ut anima ei non sit ingrata*. Nec aliâ de causâ præcipit Ecclesia, ut feriatos diebus Christiani, Sacerdoti sacrificanti adsint: ut nimirum divinæ miserationi divino illo Sacrificio gratos se exhibeant tam pro beneficio Redempti humani generis, quàm pro omnibus aliis ante, aut post illud collatis.

XXXVII. Præter hæc aliquid temporis dandum est componendis Animæ rationibus, lucris cognoscendis, damnis reparandis; sic ut quisvis intima sua, persecutus probè perpendat, quomodo utatur tempore, quod illi Deus ut se mentem æternitatis credidit. Ajunt formicas uno aliquo mensis die ( illo scilicet,

cet. qui inter Lunam lumine imminutam, & denuo crescentem intercedit) feriari, eoque cessare ab omni proliis opere, sic ut ne quidem è latibulis tuis prodeant, ut (quod curiosi quidam deprehendisse se existimant) ut inquam cognoscant, quantum cumularint, & sicubi opus fuerit, latibula sua reparent ac restaurent. Si ita res se habet, constitutum mihi est, pigros illos, qui res animæ penitus negligunt, interiora sua lustrant nunquam, nec unquam, quo loco sint cuncta, persecrantur, ad dispendium, quid factò opus sit, ad formicam mittere: *Vade ad formicam, o piger, & discite sapientiam.*

*Prov. 6. 6.*

XXVIII. Auditores Amantissimi. Si Christiani primæ ætatis his exercitationibus totam propè dabant hebdomadam, an magnum quid erit, si plusculas sacrorum dierum horas vos illis tribuatis? Quæ tandem multorum insania est, nec feriatis quidem diebus posse à labore interquiescere? Animalia quæ non dormiunt, hoc ipso produnt, se cerebro carere: *Non dormiunt, quæ cerebrum non habent.* Ego non dubitabo asserere, eos è Christianorum numero, qui à curis & sollicitudinibus suis nunquam interquiescunt, omni iudicio, imò omni Fide destitui. His enim si non carent, feriatis diebus uterentur ad te-

*Plin. l. 25. c. 30.*

te piæque operandum, quò sic emendent malum, quod per hebdomadam operati sunt, idque & ipsi spectarent, quod Deus & Ecclesia in ferendo hoc præcepto spectarunt. *Ut siquid negligentia per sex dies agitur, per diem Dominica precibus expietur.* En igitur quid statere hodie vos oportet, priusquam his parietibus pedem efferratis; reddere nimirum deinceps Deo, quod Dei est: *Reddite qua sunt Deo Deo.* Nemo deinceps furetur illi diem, honori eius & cultui consecratum: non profanet avaritiâ, non fœdis voluptatibus, non aliis oblectamentis vetitis, id enim aliud non foret, quam diem eiusmodi orco consecrare: expendat id tempus in exercitationibus pietatis Christianæ, ut idoneum quisque se reddat ad illa benefici largitoris Dei dona accipiendâ, quæ ipse promittit cunctis, qui dies ipsi consecratos verè sanctificant, in hac primum, dein etiam alterâ in vitâ. *Si vocaveris Sabbatum delicatum, & sanctum Domini; cibabo te hereditate Jacob Patris tui.* Fuit autem hæc hereditas, *de rore cæli & de pinguedine terræ.* De rore cæli quidem, propter bona cælestia, quæ alterâ in vitâ conferentur: *de pinguedine terræ* autem, ob bona transeuntia, quæ hac in vitâ adjunguntur.

*Dan. 1. 2. 2. 1. fren. lib. 5. advers. heret.*